



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 7. Deus subtrahit se sanctis ut eos probet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

animi lætitiã tanto esse majorem, quanto est remotior ab omni eo quod Deus non est. Sed præterea non est dissimulandum, quod interdum Deus ipse videatur subtrahere se amicis suis postquam hi in ipso omnem spem suam & fiduciam defixerunt adeo ut non sufficiat Deo privare illos omni creaturarum ope & solatio, sed seipso quodammodo eos privat. Mystrium hoc notum est in vita spiritali proventis, quod breviter hic declarabo ut ostendam gaudium eorum qui confidunt in Deo etiam tunc cum videtur ab iis longius recessisse, multis modis excedere quamcumque mundi amatorum, quamvis summã perfrui videantur, voluptatem.

§. VII.

*Deus se subtrahit Sanctis ut eos probet.*

Propheta regius non sine causã in psalmis suis precatur Deum: *Neme derelinquas usquequaque*, Psal. 118. Sciebat nimirum à Deo amari neminem qui paratus non sit, ut derelinquatur interdum ab illo ad probandã ipsi suam & constantiam & fidelitatem debitam, testandumque quod non tam propter solatium suum & commodum Deo serviat, quam ob infinitam ejus dignitatem sincerũque ipsi serviendi desiderium. Sic integerrima

Virgo Gertrudis diebus undecim vixit  
 continua in desolatione quam exilium suum  
 nominabat, mansit, cum alias nunquam  
 rit Dei presentia ab anno aetatis quinto de-  
 tuta quo primum rationis usum adeptam  
 giosum in Monasterio institutum augetur  
 Deo deinceps servivit usque ad finem vixit  
 suae. Sic Catharina Senensis admiranda Virgo  
 Sanctitatis amantissime querebatur divini  
 sponso solitudinem suam & desolationem  
 qua ab illo derelicta videbatur. Sic ipsa Sa-  
 ctissima Virgo Virginum Dei Mater Filio  
 dilectissimo suum contestata dolorem, quod  
 ex ejus absentia cepisset, objiciebat: *Quid  
 fecisti nobis sic?* Luc. 2. Immo ipse Dei Filius  
 nunquid queritur se à Patre suo caelesti in-  
 tremis destitutum doloribus: *Deus Pater  
 meus, ut quid dereliquisti me?* Psal. 21. Haec  
 men derelictiones nec noxiae sunt nec peni-  
 losae, his ipsi sancti assueti sunt; & probe no-  
 verunt paterni Dei erga se amoris signa  
 tius esse quam malevolae effectus voluntatis.  
 Videtur Deus illis se subducere, ut maiorem  
 sollicitudine & desiderio ab eis requiratur  
 detur illorum oblivisci ut tentet eorum me-  
 nimitatem: corroboret fiduciam, augeat  
 merita. Paululum nos derelinquit ait S. Cor-  
 neliostomus, ut ita castigati ad ipsam studeremus

recurramus. Gerson Cancellarius Parisiensis: Deus, inquit morem servat matris filiolum suum amore tenerimo prosequentis, hæc se occultat interdum, nunquam tamen ita ut illum non habeat præ oculis, complacet sibi quod ab eo quærat, ut ab illo inventa diligatur impensius & ipsa ruentem in amplexus stringat tenerius, & osculetur suavius, postquam ejus probavit & experta est in quærendo diligentiam.

## §. VIII.

*Verba memoratu digna S. Stephani de Mureto.*

S. Stephanus de Mureto Vir eximie illuminatus & dilectus à Deo in suo sententiarum libello, ait nunquam animam Sanctam Deo esse propinquiorem quàm cum se putat ab eo remotiorem ob molestias tentationum quas patitur; nam nisi illi Deus intimè præsens adesset quâ se virtute posset contra hostiles assultus, quibus impetitur defendere? Ipse est qui custodit, qui roborat, qui pro gladio illi est & scuto, ipse inhabitat cor dilectum ut ab ejus ingressu arceat inimicum. Hoc ipsum revelavit aliquando Deus cuidam personæ sanctæ quæ cum se derelictam putaret à Deo propterea quod dæmon oculis suis objiceret abominandas rerum species quibus resistere nullo